



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

CCCVII. Testament des Priesters Mathias Schapow zu Prenzlau vom 15. März 1474, mit Bestätigungen des Propstes zu Gramzow vom 17. März, des Bischofes von Camin vom 30. März und des päpstlichen Legaten ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

de screven ys to Stolp, Anno Domini virteynhundert Jar, darna in dem LXXIIIten Jare, am Middewecken na Bartolomei Apostoli, Boghern vorbath mit früntlicker Andacht vnfs mochten fortllicken openbaren, wes vnd wovele jw Vorfichticheyt deser Frowen antwerdet, dat wy weten, wor vor jwer Erfamheyt lauet hebben.

Aus einem Copialbuche.

CCCVII. Testament des Priesters Mathias Schapow zu Prenzlau vom 15. März 1474, mit Bestätigungen des Propstes zu Gramzow vom 17. März, des Bischofes von Camin vom 30. März und des päpstlichen Legaten für Pommern, vom 21. April 1474.

In nomine Domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, Indictione septima, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et Domini nostri, Domini Sixti, diuina providentia Pape quarti anno tertio, die vero Martis, decima quinta mensis Martii, hora vesperarum vel quasi, In mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus Honorabilis vir Dominus Mathias Schapow, presbiter Caminensis dioceseos, licet corpore debilis, languens et infirmus, mente tamen ratione et intellectu gratia Dei stabilis, compos atque sanus, suum interposuit testamentum siue ultimam voluntatem. In lecto egritudinis se erigens ac signaculo sancte crucis muniens dixit testamentum meum siue meam ultimam voluntatem primitus factam vel factam confirmo in nomine Patris, Filii et Spiritus sancti, Cuius tenor fuit et est talis: In nomine Domini Amen. Ego Mathias Schapow, presbiter indignus, corpore et mente sanus, per gratiam saluatoris diem extreme peregrinationis mee premeditatus condo, facio et ordino testamentum meum nuncupatum, quod non valeat ut testamentum, valeat saltem jure codicillorum vel cuiuslibet alterius ultime voluntatis, In hunc, qui sequitur modum et formam. In primis do animam meam peccatricem cum corpore meo saluatori Domino Deo Jesu Christo, in cuius nomine flecto genua mea deinde corpus meum ecclesiastice sepulture. Deinde lego venerabili in Christo Patri et Domino, Domino Episcopo Caminensi unum florenum Ungaricalem. Item do Domino Provinciali unum talentum cere. Item do Domino Preposito Grampfovienfi unum vas cerevisie. Item do Dominis fratribus Kalendarum cuiilibet unum florenum Renensem. Item do ad missam Sancti Spiritus in eadem capella opidi Premslow decantandam unum talentum Brandenburgense, quod exponere debet Danckwart futor. Item do unum talentum ad altare siue vicariam Martini Klinkebil, quod expagare debet Radekow. Item do unum talentum Brandenburgense ad vicariam ecclesie Nicolai Klinkebil, quod exfoluere debet Haselbergh. Item do unum talentum Brandenburgense ad structuram ecclesie sancti Nicolai dicti opidi Premslow, quod exfoluere debet Jacob Busche. Item do Dominis religiosiis predicatoribus unum talentum Brandenburgense, quod exfoluere debet Spandow, similiter domum et curiam, in quibus nunc inhabito, prouide affecto perpetuam memoriam, videlicet mei, nec non Patris, scilicet Andree Schapow, et matris mee nomine videlicet Marte. Ibidem in ecclesia eligo sepulturam, Ita conditione adjecta, quod Magister Johannes Damerow et mater

eius possidebunt eandem domum et curiam ad vitam eorum amborum. Deinde dabitur fratribus predicatoribus predictis unum talentum Brandenburgense singulis annis. Post obitum vero amborum fratres predicti predicatorum in eum possidebunt. Item do Johanni Deneke clerico, seruitori meo, unum talentum Brandenburgense in subsidium sui studii, si autem in studio non permanerit, habebunt fratres Kalendarum, quod expagare debet Pascha Damerow. Item do proximioribus heredibus meis cuilibet unum florenum. Item do Domino Johanni Hoyer tunicam cum subductura vulpina. Item do eidem Domino Johanni Hoyer unum talentum Brandenburgense, quod expagare debet Claws Schulte. Post obitum vero ipsis habebunt fratres Kalendarum. Item do calicem meum argenteum deauratum ad altare in capella noua ecclesie Sancti Nicolai fundandum. Item do unum talentum Brandenburgense ad structuram ecclesie Sancti Jacobi, quod exfoluere debet Pascha Damerow. Item do et alligno fratribus minoribus ad structuram unum talentum Brandenburgense, quod exfoluat supradictus Pascha Damerow. Item do et alligno pro una sipa omni anno pauperibus propter Deum et anime mee salutem distribuendum octo talenta Brandenburgensia, videlicet quatuor talenta super manfos Bertrami Vorstenowe emptos et quatuor, que exfoluat relicta Nicolai Ulrich per fratres Kalendarum disponenda die, qua ipsis videbitur, expedienda. Item do Dominis fratribus Kalendarum duo talenta Brandenburgensia ad memoriam, que debet soluere Dominus Nicolaus Tzernickow. Item do monialibus in Zehusen duo talenta, que debet exfoluere Dominus Nicolaus Francholt et Nicolaus Hacke. Item do unum talentum Brandenburgense fratribus Kalendarum, quod nunc exfoluat Hans Stegemann et filia Conradi Klinkebil monialis ad vitam subleuabit. Item do relicte Wighemann triginta solidos, quos exfoluat Claws Becker pistor senior. Post obitum vero dicte relicte Wighemann debent verti ad fratres Kalendarum. Item do Johanni Beyer seruitori meo unum talentum Brandenburgense in subsidium studii sui, quod exfoluat Afmus Klingkow, si vero studium suum postposuerit, debet verti ad fratres Kalendarum. Item do sex lectos cum suis correquisitis, videlicet cullinis linteaminibus, qui debent distribui sex virginibus indigentibus propter Deum cum nupte fuerint et quelibet virgo habebit unum florenum Renensem. Item do prefato Johanni Deneke unum talentum, quod expagare debet Drewes Kerekhoff. Similiter eidem do unum lectum cum suis correquisitis. Item do unum talentum Brandenburgense fratribus Kalendarum, quod exfoluere debet Hans Klinkebil. Item do Caldarium magnum et singulas ollas eneas et vasa stannea singula et singulas anfras fratribus predicatoribus in Premslaw. Item do quatuor coclearia argentea pro restauratione unius calicis ad altare Sancte Marie Magdalene in capella beati Johannis Baptiste. Item desidero, quod nihil de bonis meis transferatur ad usus prophanos. Rursus ad meos eligo ultimos testamentarios seu ultime voluntatis mee executores Honorabiles Dominos Martinum Bisembrowe, Johannem Damerow, Petrum Angermunde, Stephanum et Martinum condictos Klinkebil et Dominum Johannem Hoyer fideliter executionem faciendam iuxta premissa. Super quibus omnibus et singulis premissis idem Dominus testator petens sibi suisque executoribus ac aliis supradictis, quorum seu cuius interest, intererit ad interesse poterit in futurum, A me notario publico infra scripto fieri atque confici postulat unum vel plura publicum seu publica instrumentum aut instrumenta. Acta sunt hec Primslaw in estuario siue stuba dominus prefati testatoris, Anno, Indictione, Pontificatus, die, mense et hora, quibus supra, Presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris Dominis Johanne Jacobo, Jacobo Ranenbergh, Theodorico Vofs, Johanne Hoyer, presbiteris, et Johanne Denecke, Clericis Caminensis Diocecesis, testibus ad premissa vocatis atque rogatis.

Et ego Johannes Kroeger, clericus Caminensis Diocecesis, publicus Sacre Imperiali

auctoritate notarius, Quia huiusmodi testamenti siue ultime voluntatis interpositioni, ratihabitioni quibuscunque aliis et singulis dum sic, ut premititur, fierent et agerentur, Vna cum prenominatis testibus presens interfui Eaque sic fieri vidi et audiui, ideoque hoc presens publicum instrumentum manu propria conscriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi Signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi Rogatus et requisitus in fidem et evidens testimonium omnium et singulorum premissorum.

Et nos Petrus Woldenbergh, Prepositus Grampsoviensis, premonstratensis ordinis, Caminenfis Diocefeos, Supplicationibus Honorabilis viri Domini Johannis Damerow artium liberalium magistri Testamentarii Domini Matthie Schapow presbiteri pie defuncti, ex radice caritatis favorabiliter annuentes, Nolentes in presentibus literis, quibus presentes nostre litere sunt annexe, contenta et descripta frustrari effectu, Ideoque omnia et singula in dictis literis contenta quibuslibet et descripta, quantum in nobis est, ordinaria nostra auctoritate ratificamus, approbamus et confirmamus Dei nomine per presentes, Inhibentes omnibus et singulis utriusque sexus christi fidelibus hominibus, cuiuscunque ordinis, status aut conditionis existant, ne contra premissa aut premissorum aliquid quouis quesito colore sub anathematis, majoris excommunicationis siue eterne maledictionis penis facere aut infringere seu eis vel in toto vel in parte contraire audeant vel presumant, sicuti preter has penas indignationem omnipotentis Dei beatorumque Petri et Pauli Apostolorum eius atque nostram ordinariam euitare voluerint ultionem. In cuius rei testimonium sigillum nostre Prepositure presentibus est appensum. Datum Grampsow, Anno Domini M. CDLXXXIII., die decima septima Mensis Martii.

Et nos Ludovicus, Dei gratia ecclesie Caminenfis postulatus, Comes de Euerstein et dominus in Neugarden prefateque ecclesie Caminenfis in spiritualibus et corporalibus administrator generalis, supplicationibus Domini Johannis Damerowe, Testamentarii quondam Domini Mathie Schapowe presbiteri pie defuncti, ex radice caritatis fauorabiliter annuentes nolentesque in ipsis literis, quibuscunque presentes nostre litere sunt annexe, contenta et descripta frustrari effectu. Ideoque omnia et singula in iisdem literis contenta quomodolibet et descripta, quatenus in nobis est, ordinaria nostra auctoritate ratificamus, approbamus et confirmamus Dei nomine per presentes. Inhibentes omnibus et singulis utriusque sexus hominibus, cuiuscunque ordinis, status aut conditionis existant, ne contra premissa aut premissorum aliquid quouis quesito colore sub anathematis, majoris excommunicationis sentencie et eterne maledictionis penis facere aut ea infringere vel eis in parte vel in toto contraire audeant vel presumant, sicuti preter has penas indignationem omnipotentis Dei, beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius atque nostram canonicam euitare voluerint ultionem. In cuius rei testimonium sigillum officolare curie Caminenfis principalis, quo ad presens utimur, presentibus est appensum. Datum Stetin, Anno Domini MCDLXXXIII, die XXX mensis Martii.

Antonius Conumbra, Dei et Apostolice sedis gratia Accienfis Episcopus et Sanctissimi Domini nostri Pape eiusdemque Sancte sedis in regno Russie seu dominio Russie ac in civitate Capphenfi et Pomeranie provinciis eorumque civitatibus dioecesibus et districtibus Nuntius et Legatus. Cum nihil morte certius et hora mortis incertius nichil existat, Ideoque adinventum est, ultimam voluntatem, testamentum siue codicillum condere, ut ultima voluntas testatoris adimpleatur. Idcirco honorabilis vir Mathias Schapow presbiter Caminenfis Diocefeos casum intestatum evitare volens, quantum sibi ab alto erat permillum, et volens de rebus sibi a Deo collatis disponere, ne inter heredes consanguineos seu quevis attinentes de et super pecuniarum summis bonis et rebus

aliis per ipsum derelictis, qualitercunque questionis materia aut controversia aliqua oriretur, suam ultimam voluntatem, testamentum sive codicillum edidit, fecit et ordinavit, sepulturam elegit, legata dedit, executores deputavit aliaque ordinavit et fecit, prout in retro annexo publico instrumento plenius continetur, unde fuimus cum eodem testamenti sive ultime voluntatis sive codicilli publico instrumento solemniter ac debita cum instantia requisiti, quatenus illud autoritate nostra ymo verius apostolica, qua fungimur, approbari et observari debere, decernere et declarare dignaremur. Nos igitur Antonius Episcopus et legatus prefatus, viso prius ac diligenter inspecto huiusmodi ultime voluntatis sive codicilli publico instrumento, considerantes etiam ipsius testatoris mentem et piam voluntatem, testamentum, ultimam voluntatem sive codicillum huiusmodi, prout in retro annexo publico instrumento plenius continetur, autoritate, qua fungimur, approbamus illudque in omnibus et per omnia observari debere declaramus, prout approbamus et declaramus per presentes. In quorum omnium et singulorum fidem has presentes nostras literas per cancellarium nostrum infra-scriptum fieri nostrique Pontificatus sigilli appensione munire fecimus et mandavimus. Datum Stetin in domo nostre residentie, Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, die vero vigesima prima mensis Aprilis, Pontificis Sanctissimi Domini Sixti, Divina providentia Pape quarti, anno tertio.

Ita est. Idem Episcopus et Legatus manu propria.

Nach Beckmann's Abschriften.

CCCVIII. Kurfürst Albrecht befehlt Jürgen und Hans Stoyffen zu Prenzlau mit der wüsten Dorfstätte Buchholz, am 15. März 1475.

Wy Albrecht, van Gots Gnaden Marggraue to Brandenburg, des heiligenn Römischen Rikes Ertz-Kamerer vnd Kurfürste, to Stettin, pommern, der Casuben vnd wenden hertoge, Burggraue to Nürnberg vnd forste to Rügen etc., Bekennen offentlich, dat wy vnnsen liuen getruwen Jürgen vnd hanns Stoyffen, Gebrüder, Borgern In vnser Stat Prentzlow, vnde allen eren rechten menlicken liues lehens eruen to rechtem manlehne gnediglich gelegen hebben die wüste Dorpstede Buchholt mit Teyenden, holten, Wesen, Walden, Ackern, Fische-reien, Weyden, Grefingen vnde allen togehörungen vnde rechticheiden, als die In eren Grenitzen gelegen yfs, In maten die von hanns Stoyffen seliger, eren Vaddern, dem wy solicke Veld-marcke von gnaden wegen gelegen vnde geuen hadden, vorleddiget vnde vp sie gefallen yfs. Wy lyhen en die also to rechtem manlehne in gegenwerdiger crafft vnde macht deses Briues, Also, dat sie die förder meher von vns, vnfen eruen vnde nakamen Marggrauen to Brandenborch to rechtem Manlehne hebben, nehmen, empfangen, vns ok darvon holden don vnde dynen scholen, als manlehens recht vnd Gewonheit yfs. Wy verlyhen en ok hieran alles, wat wy enn von rechtes wegenn daran verlyhen scholen vnde mogen. Doch vns, vnnfen eruen vnde nakamen an vnnfen vnde fufs einem yderman an seiner gerechticheit vnshedelich ane Geuerde. To Orkunde mit vnsem anhangenden Insigel versegelt vnde Geben to Colen an der Sprew, an den Mitwoecken na